



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 17. Rothomagenses ad urbis deditionem a Rege provocati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XVI.

Sæcul. XV.

A. C. 1449.

*Constantia, aliaque loca a Britannicæ
Duce occupata.*

Aliunde Regi nunciatum erat, quod
Britanniæ Dux, comitantibus Con-
nestabili, Loheaco Marescallo, Cotinio
rei maritimæ Præfecto, aliisque Britan-
niæ ac Normanniæ Proceribus, Constan-
tiam, S. Lautonis oppidum, Carentani-
um, Guracum, plurimasque circumvici-
nas arces oppido munitas occupaverit,
Alesonii vero Cives rursus Ducem suum
in urbem receperint, arxque obsidione
cincta pactis conditionibus ad deditio-
nem compulsa fuerit; eadem quoque
forte Gisortum a Senescallo Brezeo
fuisse occupatum Rex inaudit.

Gurai.

§. XVII.

*Rothomagenses ad urbis deditio-
nem a Rege provocati.*

Rex tam læto victoriarum nuntio sti-
mulatus, suarum copiarum delectum
habuit, easque in aciem eduxit, bellum
auspicaturus ab obsidione Castri - Gaillar-
di, quod Andelii propugnaculum est Se-
quannæ fluvio impendens, & sexta, se-
ptimave leuca Rothomago distitum.
Occupaverat Carolus arcem evoluta non-
dum sextæ hebdomadæ cursu, indeque

Monstrelet.
Vol. 3. c. 19.Jean Char-
tier hist. de
Charles VII.

Q 5

Pontem

Sæcul. XV.
A. C. 1449

Pontem Arcuensem petiit, ubi Rothomagensem urbem, ut in Regis obsequium rediret, missis Oratoribus sollicitavit; nuntiatum enim erat, cives Anglorum imperium excutere paratos esse. Ast Somersetus Dux, qui urbem cum tribus Anglorum millibus tuebatur, Regis Feciales ante urbis portas intercipi jussit, necem comminatus, si ingressum attentarent.

Carolus re comperta Dunensi Comiti præcepit, toto exercitu urbem cingeret, experturus, an non cives ejus præsentia animati arma in Anglos converterent; non enim urbis obsidionem moliri Gallis animus erat; quippe ad tanti operis executionem haud ultra favens erat temptas. Hæserat Comes tertiam jam diem ante urbis moenia, quo tempore Angli frequentius infestis armis erumpebant, plurimis ultro citroque cæsis. Cum autem Cives adversus Anglos quicquam tentare non auderent, Gallorum exercitus Pontem Arcuensem repetiit, paucis tamen ex post diebus sexta decima Octobris Rothomagum reversus est, postquam Comiti nuntiatum fuerat, a civibus Franciæ addictis duas turres fuisse occupatas. Nihilominus amplam spem inde conceptam fefellit successus, siue ob scalarum penuriam, siue ob præpotentem Anglorum numerum. Ipsemet Galliarum Rex comitante eum Siciliae Rege ad hanc expeditionem

tionem Darnetalum usque, quæ est urbs Sæcul. XV.
 tertia unius leucæ parte Rothomago dissi- A. C. 1449.
 ta, processit, sed Pontem Arcuensem, unde
 venerat, repetere compulsus est, abjecta
 omni spe, urbis expugnationem hujus
 anni expeditione confectum iri, quocirca
 abeuntem Regem suus quoque exercitus
 insequabatur. Verum præter omnem
 spem favit fortuna; Cives enim urbis suæ
 recuperationem Regi, cum aliunde legi-
 timus illius esset Dominus, ultronea de-
 ditione magis expeditam reddendi, consi-
 lium ceperunt, veriti, ne si forte civita-
 tem armorum vi sibi subjiceret, illam
 militum deprædationi relicturus esset.

§. XVIII.

*Pacta Civium Rothomagensium
 cum Galliarum Rege.*

Ergo Cives postera die in unum con-
 gregati Radolphum Ruffelium Ar-
 chiepiscopum compellunt, ut Regem adi-
 ret, eique deditiois condiciones expo-
 neret, tribus hisce articulis comprehen-
 sas. I. omnimoda præteritarum offen-
 sionum oblivio indulgeatur. II. liberum
 cuilibet sit cum Anglis abeundi arbitri-
 um. III. ac denique suæ civibus immu-
 nitates integræ ferventur. Rex nullo
 negotio petentium votis concessit; Ve-
 rum Sommersetus Dux detecto civium
 con-